

processus rationum ipsorum, cum dubiis questionibus et defectibus
 in ipsis rationibus obicientis atque notantis per singulos officiales
 ipsos, ad nostram curiam transmittantur, ut, ipsis ibidem visis et di-
 ligenter examinatis, pro ipsis questionibus, dubiis et defectibus, necnon
 pro inquisitionibus, denunciationibus, accusationibus et quibuslibet
 eorum culpis fiat per eos compositio cum curia iuxta habitam us-
 bis formam, prout melius pro curie comodo viderimus expedire, deo-
 cioni vestre precipimus, quatinus predictos officiales omnes tam pre-
 sentes quam futuros per litteras vestras ex parte regia et nostra sin-
 gulis rex mensibus, prout expedire videritis, sub certa pena citari
 preemptione faciatis, ut cum eorum rationibus et toto residuo, quod
 in pecunia penes eos extiterit, eorum procuratorem legitime et
 sufficienter instructum, donec in officiis ipsis fuerint, citare et post
 annunciationem ipsorum ab eisdem officiis ipsi personaliter comparere
 debeant coram vobis, posituri, completuri et firmandi de eisdem of-
 ficiis finales et debitas rationes ac satisfacturi de omnibus, in
 quibus per rationes eandem apparebunt curie debitores. Quibus ra-
 tionibus finitis atque completis, necnon satisfacto per eandem officiales
 de omnibus legitime residuis penes eos restare inventis, factisque
 processibus de eisdem rationibus positis cum questionibus, dubiis et
 defectibus supradictis, ac etiam pro inquisitionibus, denunciacio-
 nibus et accusationibus contra eos factis vel etiam in posterum fa-
 ciendis, recipiant inde a nobis, ex auctoritate ac potestate a prefato
 domino patre nostro super hoc nobis tradita et concessa, quietationis
 et finalis concordie ydoneam apothecam, predictis eorum rationibus,
 ut nullum eis exinde inantea dubium oriatum, totaliter combu-
 rentis. Nos enim ex tenore presentium plenam vobis concedimus
 facultatem imponendi eisdem officialibus penas et bannum super hiis,
 que ad officium vestrum spectant, usque ad numerum quinquaginta,
 quas et que, dummodo fiant, de iure, rata haberi volumus atque
 firma et per vos seu litteras vestras ab ipsorum transgressoribus pro par-